

# The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

## Prosperitas aq cum uariis

Alienum omne quod optando euenit. Bona nemini est hora, si non alicui sit mala. Cito improborum leta ad perniciem cadunt. Dies quod donat timeas; cito raptum inuenit. Fortuna cum blanditur captatum uenit. Fortunam cicius reperias quam retineas. Fortuna quem nimium fouet stultum facit. Fortuna uitrea est; cum splendet frangitur. Fortuna obesse nulli contenta est semel. Leuis est fortuna; cito reposcit quod dedit. Miserrima est fortuna que inimico caret. Quo se fortuna eodem et fauor hominum inclinatur.

Seneca in prouerbiis.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Prosperitas aq] Prosperitas ap P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; leta] aelta V<sup>1</sup>; cadunt. Dies quod] cedit dies. Quod P V<sup>1</sup>; timeas] timeat M P V<sup>1</sup>; inuenit] uenit P V<sup>1</sup>; fortunam] fortuna P V<sup>1</sup>; reperias] reperiat M; Prosperitas ap Alienum omne...in prouerbiis *om.* V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>